



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 99. Altera Archiepiscopi Parisiensis epistola ad Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. „cum Veneratione, & obsequio me  
A. C. 1706. „exhibeo. „

## §. XCIX.

*Alterâ ejusdem Archiepiscopi Parisiensis epistola ad Papam.*

*Lesiteau hist.  
de la Const.  
Unig. l. 1.  
pag. 83.  
Darsanne  
Jurn. p. 3.  
tom. 1.*

Cum autem Pontifex præfatam Noalli Parisiensis Archiepiscopi epistolam ab ea, cujus formulam transmissam longe diversam esse cerneret, datis literis de ejusdem socordia in exequendo suo promisso, apud Regem querebatur, mox igitur Rex Noallium adesse justis sciscitatus, qua de causa epistolam ad Pontificem transmittere, tamdiu distulisset, ad hoc Archiepiscopus lingua obmutuit, & mente debilitata pene occidens, primo se has literas jam misisse, postea transmissas fuisse se arbitratus, ac demum eas nondum Romam directas fuisse, mox autem transmissum respondit: Reipsa etiam quamdam epistolam Pontifici submisit, qua tamen adhucdem Pontifici non erat satisfactum; cum enim Pontifex non paucis ab eodem immutata reperiret, rursus apud Regem querebatur, Noallius vero iterato respondit, se nihil immutatum vero duodecim partim Archiepiscopus, partim Episcopi, qui nuperæ de liberationi intererant, de justa Pontifici

cis caussa ac querelis persuasi, eidem Sæc. XVII.  
 satisfacere statuerunt, ac die decima A. C. 1705.  
 Martii 17<sup>to</sup>. explicationem, prout eam  
 Papa petierat, concepere, quam Archi-  
 episcopus a se, ceterisque subscriptam  
 ad Pontificem transmisit adjecta epi-  
 stola, quam tamen rursus immutatam  
 non Cleri sed suo duntaxat nomine ad  
 Papam perscripsit: Ad hasce literas  
 respondit Pontifex, jam discutiendum  
 superesse, an Pontifex, vel Archiepi-  
 scopus Regi illuserit, hic mutationem  
 fuisse factam pernegans, ille constan-  
 ter affirmans? eapropter petiit Ponti-  
 fex, ut formula ipsamet, prout eam Pa-  
 risios transmisisset, Regi traderetur, &  
 vicissim Pontifex Archiepiscopi episto-  
 lam fideliter transcriptam Regi mitte-  
 ret. Placuit Regi consilium, mox au-  
 tem Archiepiscopi literis cum formula  
 Pontificia collatis deprehendebatur,  
 l. omissa fuisse hæc verba: *Modus ille,*  
*quem Clerus Gallicanus tenuit, in acce-*  
*ptanda Bulla Anno 1705. visus sit Pontifici*  
*diversus ab eo, quem alias Franciæ Præ-*  
*sules occasione Constitutionum ab Innocen-*  
*tio X. & Alexandro VII. eadem in re edi-*  
*tarum tenuerunt &c.* II. Noaillium dun-  
 taxat testatum fuisse, quod *Clerus Pon-*  
*tificis Bullam eodem spiritu & veneratione*  
*acceptarit &c.* cum tamen in Pontificis  
 formula scriptum legeretur, *Clerum in*

Sæc. XVII. comitiis vere in animo habuisse Sanctitatis  
 A. C. 1706. suæ Bullam eadem obedientia accipere, quæ  
 Franciæ Clerus Bullas adversus Jansenium  
 accepit. III. Noailium scripsisse: Pon-  
 tificum Bullas non indigere acceptatione  
 solemnī ex parte Episcoporum, cum ta-  
 men Pontifex in sua formula scripserit,  
 quod cum Clerus dixerit, Bullas Pontifi-  
 cum, a Corpore Pastorum acceptatas to-  
 tam Ecclesiam obligare, mens non fuerit,  
 necessariam esse ejusmodi acceptationis so-  
 lemnitatem. IV. Pontificem præscripsisse,  
 quod Clerus gaudens fidei suæ sensum cum  
 Bulla consentire recognoverit, & ita sem-  
 per se tenuisse, uti Pontifex, jure lætatur  
 sit, Noailium tamen duntaxat dixisse,  
 Clerum voluisse, ut fidei suæ conformitas  
 cum Bulla recognoscatur. V. In Pontifi-  
 cis formula hæc haberi: Clerum Pon-  
 tifici accessisse, ne Novatores se silentio po-  
 tius Episcoporum obsequioso, quam expressæ  
 eorum declaratione damnatos prædicarent.  
 hæcque a Noailio fuisse omīssa, sicut  
 etiam hæc: hanc esse genuinam Episcopo-  
 rum sententiam, eosque omnes hodie  
 adhuc idem sentire, quorum verborum  
 suppressione Archiepiscopus innuere  
 crederetur, quod nunc Franciæ Epi-  
 scopi sententiam mutarint, & hac in  
 re non ita, ut olim sentiant.

Cum ergo Archiepiscopus factam  
 formulæ mutationem inficiari haud  
 posset,

posset, tandem Regis jussu formulam **Sæc. XVII.**  
a Papa transmissam de verbo ad verbum transcribi curavit, eamque Romanam direxit hujus tenoris: **A. C. 1706.**

Cum intimo doloris sensu accepi, modum illum, quem Clerus noster Gallicanus in comitiis habitis Anno 1705. tenuit, occasione Constitutionis a S. V. editæ adversus Jansenianum errorem, quæ incipit: „Vineam Domini Sabaoth, visum fuisse S. V. diversum ab eo, quem olim Majores nostri occasione Constitutionum a summis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII. eadem in re editarum tenuerunt, ad- eoque præfatam S. V. Constitutionem „non ea, qua par est, Veneratione at- „que obedientia ab eodem Clero ac- „ceptam fuisse; quod sane cum a mente ipsius Cleri prorsus alienum fuerit, officii „mei, & æquitatis, duxi B. V. quod rei „esset, aperire, maxime cum iis Co- „mitiis præfuerim, eaque de causa, „votorum omnium particeps, ac præ- „cipuus testis fuerim. „

„Testor igitur 1. in Comitiis præ- „dictis Clerum nostrum vere in animo „habuisse S. V. Constitutionem eodem „prorsus obsequio, eademque obedi- „entia accipere, & amplecti, qua Majores „nostri omnes S. V. Prædecessorum Bul- „las adversus Jansenium acceperunt, „& amplexi fuerunt. „

Sæc. XVII.

A. C. 1706.

2. Cum Clerus dixit, Constitutiones SS. Pontificum a Corpore Episcoporum acceptatas totam Ecclesiam obligare, mens ejus non fuit, necessariam esse ejusmodi acceptionis solemnitatem, ad hoc, ut illæ tanquam regulæ credendi, & loquendi ab omnibus Catholicis haberi debeant, licet aliquando ista solemnitas non mediocriter esse possit utilitatis, ubi natus est error. Ultima Jansenistarum munimenta penitus convellere, ipsisque effugium omne in nostris partibus, principibus ab his concesso, intercludere operæ pretium fuit. „

3. „Non sibi arrogavit Clerus Gallicanus, ut Sanctiones Pontificiæ examini suo judicandas subiceret, sed in ipsis (quod olim scribebant Leon Magno Episcopi Gallicani) gaudens & exultans fidei suæ sensum recognovit, & ita se semper tenuisse, ut vester Apostolica exposuit, jure lætatus est, erroremque a Sancta Sede proscriptum unanimiter Doctrinæ, voluit accessione confodere. Ne Novatores se silentio potius Episcoporum obsequioso, quam expressa eorum declaratione damnatos prædicarent.

4. „Certum illi fuit, Pontificiis Decretis adversus Jansenium nihil deesse, ut universam Ecclesiam obligent, & circa illa nec appellationem admitti.

„nec mutationem expectari posse. Idem Sæc. XVII.  
 „& de Apostolicis adversus Bajum, A. C. 1706.  
 „Molinofum, & Librum vulgo dictum:                       
 „*Maximes des Saints*, definitionibus pro-  
 „fessurum fuisse Clerum existimo, si de  
 „illis actum fuisset. „

Quæ cum ita se habeant, & genuinam  
 Episcoporum nostrorum Sententiam expli-  
 cent, Sanctitatem Vestram enixe precor,  
 „ita de Ecclesia Gallicana sentiat, ut  
 „illam credat, qualem scripsit Innocen-  
 „tio II. S. Bernardus, fortem in fide,  
 „pacificam in unitate, devotam in  
 „obedientia vestra, promptam ad ser-  
 „vitium. Sic etiam hodie affecti sunt  
 „omnes Episcopi nostri: Ego vero de-  
 „bitæ Apostolatui Vestro obedientiæ  
 „primus omnium faciam satis. „

„Apostolicæ Sedi quanta debeam,  
 „movebunt me semper religio, gratus  
 „animus, & insita erga Romanam Ec-  
 „clesiam reverentia, neque necessarium  
 „erit ad confirmandam omnimodam hanc  
 „meam observantiam aspectus Purpuræ  
 „illius, qua honestor, & in omnibus  
 „summa cum Veneratione, & obsequio  
 „me exhibeo. „

Huic epistolæ insuper Archiepisco-  
 pus suo nomine die vigesima nona Junii  
 anno hujus sæculi undecimo has ad-  
 jecit literas: „Habet tandem aliquando  
 „Sanctitas vestra, quam optavit non sin-  
 „ceram

Sæc. XVII. „ceram minus, quam diligenter ad  
 A. C. 1706 „bitrium suum elaboratam epistolam  
 „Gallicanorum Episcoporum obsequium  
 „ac devotionis testationis non dubiam  
 „Subscripsi, imo scripsi ipse lætus, ac  
 „lubens, cui nihil est optatius, quam  
 „Co - Episcopis meis, ac Catholicis  
 „omnibus in Apostolicam Sedem, ac  
 „Sanctitatem vestram observantiam  
 „fidei non modo Socius sim, sed præ  
 „sim, & præeam. Jam etli vero hæc  
 „Epistola S. V. ipsi primum, deinde  
 „cæteris facturum me satis esse confido  
 „omnibus communi, & exhibitæ a ve  
 „stis observantiam erit semper, quod  
 „addam peculiaria, & propria officia  
 „& obsequia in Beati Petri Cathedram  
 „& Beatitudinem vestram exhibere ge  
 „nuitiam, animo magis, quam dignitate  
 „devinctus utrique. Id primum in ve  
 „stis habui, ex quo Gallicani Cleri ne  
 „gotia suscipere coactus sum, & nequid  
 „deesset pietati, & obedientiam nostram  
 „hoc secundum, ut si quid Sanctitati  
 „vestræ minus gratum fortassis accide  
 „rit, resarciretur, & statim communi  
 „tis cum Beatitudine vestra Consilio  
 „omnis offensionis locus tolleretur  
 „Utinam sinceris ac pacificis Notis  
 „studiisque meis interposuisset se nemo  
 „aut obstitisset, livoris, vel odii, vel  
 „imprudentiæ machinationes silentio



„& oblivione perpetua deleantur; fu-  
 „gatis tenebris lux rediit, Gallicani  
 „Cleri ita tibi perspecta ac nudata mente,  
 „serenus nobis, ac placidus effulgebis.  
 „Verebuntur adversarii, nihil malum  
 „habentes dicere de nobis. Sane jam  
 „a remotissimis retro sæculis in colen-  
 „dis, tuendisque Sanctissimis Pontifici-  
 „bus nulla par fuit, tantum abest, ut  
 „processu temporis deficiat, aut immi-  
 „nuatur, quam a Patribus accepimus,  
 „in Romanam Sedem, & Beatitudi-  
 „nem vestram observantia; imo me  
 „Duce, me Authore, me suasore, me  
 „conciliatore crescet in dies. Assiduis  
 „votis, jugibusque Sacrificiis Sancti-  
 „tati vestræ incolumitatem, quietem,  
 „annos multos, & felices, æternam  
 „Salutem studiosus apprecor.,

Sæc. XVII.  
 A. C. 1706.

§. C.

*Pontificis responsum ad eundem  
 Cardinalem.*

Tandem Pontifex hac Cleri explica-  
 tione contentus, die decima septi-  
 ma Augusti has ad Archiepiscopum  
 Cardinalem dedit literas: „Quam grata  
 „nobis fuerit circumspeditionis tuæ Epi-  
 „stola de recto, & huic sacræ Sedi ob-  
 „sequenti tuo, & Co-Episcoporum tuo-  
 „rum sensu, quamvis alias ita expres-  
 „so,